tatis SS. Sacti, cum onere unius missæ qualibet hebdomada, et trium cum cantu in festis S. Andreæ, S. Egidij, et in die obitus Fundatoris. Rector est Can.cus Fabritius Borgna. V. Pr. fol. 310.

Inspecto Altari mandavit provideri de tela cerata, et stragula infra mensæ, in reliquis invenit ad formam

De Toto Oratorio

Mandavit in fenestris apponi vitrea specularia deficientia, et reaptari tectum in partibus necessarijs.

De Sacristia

Mandavit in tabella virum missarum onera describi, et exhiberi copiam ad effectum alligandi in actis.

De Eccla Rurali B. Mariæ de Partu

Die d.a 24 9bris 1710 de sero

Illmus D. se contulit ad Ecclam, quæ sita est extra Terram, et ædificata fuit Eleemosinis Fidelium. Possidetque solummodo unam Domum in Terra in q.da alla Corsica, illique relictam a q. Jacobo Giorgini, in reliquis manutenetur ex questationibus, quæ in dies fiunt per Confratres Societatis Laicalis in ea erectæ, per quos mand.a reddi rationem. Item possidet Censum scut. 50. V. Pr. fol. 311

De Altare Maiori.

Manutenetur per d.m Congregationem.

Erectus

Erectus vi eo Canonicatus, oli de Iure Patronatus familiae de Antoninis, cu onere duar missar qualibet hebdomada, quar una celebrari debet die Dom.co et altera ad libitum. Rector est Can.cus Dom.cus Pecci, ad quod mandauit tradi nota, et doceri de adimplemento. Hodiè Canonicatus est de Iure Patronatus Societatis Sm̄i Sacti

V. P. 2 fol. 226 et fol 315-

Viso Altare mandauit prouideri de tela cerata, et stragula, in reliquis inuenit sufficienter prouisu.

De Alt.e SS. Marci, Antonini, et Seraphinae

De Iuribus olim familiae de Jalandinis, nunc de Sebastianis, ubi ex disposit.e q. Marci Antonij Jalandini, et Seraphinae eius Vxoris erecta fuit Cappellania cu dote p. in actis p. 2 fol. 316, et cu onere missae quotidianae, ead. Cappellania diu administrata fuit à D. Ioseph. de Sebastianis, in cuius manibus extincti fuerut diuersi Census descripti in Visitat.e Epi Aleotti p. fol. 408, nempè unus scutor 116, et ob. 50 debiti p. Iosephu Petti, unus scutor 25 debiti p. Iacobu Velducum unus scutor centu p. Egidiu Antinelli, nec nō scuto 45 p. moniales eius Terrae; et quia in rehouendib.e d. de Sebastianis se obligauit pecunias inuestire ad fauore Cappellaniae, Ill.mus D. mandauit doceri de inuestim.to, alias confirmauit mandatu relaxatu à d.o Epo Aleotti cum Intimat.ne ut ibi

Successiuè administratio d. Cappellaniae tit Economiz con

cessa fuit q. B. Mem. Epi Blasij in 3ª sua Visitatione sub die 13 9mbris 1715 Canonico Bonaventuræ Viola, eiq. iniuncta vigore facultatis à Sac. Congregatione Concilij concessar., ut in posterum celebrentur missæ quatuor qualibet hebdomada, usquequo redditus augeantur, onere iniuncto eid. Cappellano reddendi rationem singulis Annis, tam de missis celebratis, quam de fructibus perceptis coram Vic.º foraneo.

Ill.mus D. mandavit q. d.m Economum reddi rationem ut s.ª et doceri de adimplemento.

Viso Altare mandavit provideri de tela cerata, et stragulo.

Visis Sac. suppellectilibus mand.t confici Capsulam ad conservand. Calicem, et Patenam

De Alt.e SS.mæ Annunciationis

De Iuribus familiæ de Bonfigliolis, et in eo adsunt duo Legata, unum nempe missar. 15 ex Testamento q. Petri Bonfiglioli, aliud missar. trium conditum à Iacobo Bonfiglioli cum dote p.t in actis p. 2. fol. 320. Rector est R. Ioseph Scialanca q. quem mand.t doceri de adimplemento sub pœnis

Viso Alt.e mand.t provideri de tela cerata, et stragulo infra mensem.

De Sacristia

Suspensioni subiectæ una ex Planetis albi coloris, donec reaptetur, et alia reaptari partis mandavit infra mensem

De toto Ec-

De Tota Ecclesia

Mandauit reaptari Tectum, et expurgari à sordibus, et claudi foramina inferiora circumcirca Ecclesiam infra mensem. Ad custodiam dictæ Ecclesiæ uigilat Eremita, qui ad pñs est F. Ios. Zaccarias de Castro Franco ætatis suæ annorum 23. cui Illmus D. commendauit cultum, et nitorem Domus Dei.

De Eccla Rurali S. Rocchi in Plano

Die 25 8mbris 1710 de mané

Illmus D. celebrauit in Eccla S. Marci Missam, et deinde ueste uiatoria indutus se contulit ad præfatam Ecclam S. Rocchi, quæ distat à Terra ½ milliare, et ultra, propè locum Vici. Constructa fuit ex Elemosinis, et ex uoto, quia de Anno 1650 Terra preseruata fuit à Contagio circumcirca grassante. V. P. 2 fol. 301.

De Altre Maiori.

In festo S. Titularis RR. Capitulares summomanè processionaliter accedunt, et in eo Missam solemnem canunt, cæterum caret onere missarum, solummodò celebratur in die festo, et ex deuotione infra Annum.

Viso Altre mandauit extendi, et firmari pallium Coramineum in Telario, prouideri de paruo sgabello pro missali de tela cerata, et stragulo infra tres menses, et depingi Crucem in fronte ipsius sub pœnis, et executionem commendauit D. de Garzonis præsentis, et consentientis

De Altare S. Isidori

legitur à Societate sæcularium Bubulcorum, qui illud manutinent